

BARTHOLOMÆI

Pitisci Grunbergensis

TRIGONOMETRIÆ

LIBER QUARTUS.

De dimensione Triangulorum Sphæricorum.

Axiomata proportionum in Triangulis Sphæricis existentium præcipua, & ad omnem eorum solutionem abunde sufficientia sunt quatuor.

AXIOMA PRIMUM.

In Triangulis Sphæricis reſtângulis pluribus, acutum ad bases eundem habentibus:

Sinus hypotenusarum & perpendicularorum omnes sunt inter sese proportionales.

DECLARATIO. Sit sphaera proposita $KMFAD$, & sint in ea: horizon $KMFA$: polus horisontis D , circuli per polum horisontis D transeuntes KDF & RDC secantes horisontem angulis ad KRF & C reſtis per 57. p. 1. circulus horisonti obliquus MEA , secans verticalem KDF , angulis ad E , reſtis: quippe qui per ejus polos M & A transeat: per 57. p. 1. ac vicissim ab eo secetur in duos quadrantes ME & EA per 56. p. 1. In ista sphaera, & in ista circulorum constitutione sint inter alia duo Triangula Sphærica reſtângula ABC & AEF , & sint in illis, hypotenusæ AE & AB ,
perpen-